

## **Universitäts- und Landesbibliothek Tirol**

**De Liemaro, Hammaburgensi archiepiscopo et de  
legatione ecclesiae Hammaburgensis ad populos  
septentrionales**

**Schröder, Guilelmus**

**Halle, 1869**

Vita

[urn:nbn:at:at-ubi:2-13099](#)

## V I T A.

---

Natus sum Fridericus Guilelmus Schröder, die XXIII mensis Februari anni MDCCCXLV Halis Saxonum, patre Guilelmo Leopoldo instituti municipalis, quod Gasfabrik vocatur moderatore, matre e gente Butterbrod, quibus adhuc vivis laetor. Confessioni asscriptus sum evangelicae. Duodecim annos natus scholae latinae Halensi in disciplinam datus, vir. ill. Eckstein et Adler rectoribus per octo annos bonis litteris operam dedi. Maturitatis examine anno h. s. LXV absoluto Tubingiam me contuli, ubi per duo semestria scholas audivi vir. ill. Pauli, Teuffel, Michaelis, Herzog, Roth, Sigwart. Deinde Lipsiam profectus per annum vir. doct. Voigt, Ritschl, Curtius, Zarnke audivi. Denique Halas reversus per tria semestria scholas, quas habuerunt vir. ill. Dümmler, Zacher, Heyne, Erdmann, Bernhardy, Conze, Bergk frequentavi. Historicis autem exercitationibus, quas Dümmler, Pauli, Voigt habuerunt, per tres annos interfui. Quibus cum ceteris viris clarissimis optime de me meritis maximas ago gratias.

---